

## PROPER of the MASS

### ST JOHN CAPISTRAN

March 28

*Hab: 18-19; Psalm 80: 2* INTROIT

EGO autem in Domino gaudebo et exultabo in Deo Jesu meo: Deus Dominus fortitudo mea. *Ps.* Exsultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob. Gloria Patri.

I will rejoice in the Lord: and I will joy in God my Jesus: the Lord God is my strength. *Ps.* Rejoice to God our helper: sing aloud to the God of Jacob. Glory be to the Father.

COLLECT

DEUS, qui per beatum Joannem fideles tuos in virtute sanctissimi nominis Jesu de crucis inimicis triumphare fecisti: præsta, quæsumus; ut, spiritualium hostium, ejus intercessione, superatis insidiis, coronam justitiæ a te accipere mereamur. Per eundem Dominum nostrum.

O God, Who through blessed John didst enable Thy faithful people to triumph over the enemies of the Cross by the power of the most holy name of Jesus: grant, we beseech Thee, that by his intercession we may overcome the snares of our spiritual enemies and be found worthy to receive from Thee the crown of justice. Through the same our Lord.

*Wisdom 10: 10-14* EPISTLE

JUSTUM deduxit Dominus per vias rectas et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum: honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius. In fraude circumvenientium illum affuit illi, et honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum, et certamen forte dedit illi, ut vinceret, et sciret, quoniam omnium potentior est sapientia. Hæc venditum justum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit cum: descenditque cum illo in foveam, et in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, et potentiam adversus eos, qui eum

The Lord conducted the just through the right ways, and showed him the kingdom of God, and gave him the knowledge of the holy things: made him honourable in his labours, and accomplished his labours. In the deceit of them that overreached him He stood by him, and made him honourable. He kept him safe from his enemies, and He defended him from seducers and gave him a strong conflict, that he might overcome and know that wisdom is mightier than all. She forsook not the just when he was sold, but delivered him from sinners: She went down with him into the pit, and in bands she left him not, till she

deprimebant: et mendaces ostendit qui maculaverunt illum: et dedit illi claritatem æternam Dominus Deus noster.

*Psalm 21: 24-25*

QUI timetis Dominum, laudate eum: universum semen Jacob glorificate eum. Timeat eum omne semen Israël: quoniam non sprevit, neque desepxit deprecationem. pauperis.

*Ex. 15: 2,3; Ps. 75: 4; Jud. 16:3*

FORTITUDO mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem: iste Deus meus, et glorificabo eum. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen ejus. Dominus conterens bella: Dominus nomen est illi.

*Luke 9: 1-6*

IN illo tempore: Convocatis Jesus duodecim apostolis, dedit illis virtutem, et potestatem super omnia dæmonia, et ut languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, et sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraveritis, ibi manete, et inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos: exeuntes de civitate illa, etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella, evangelizantes, et curantes ubique.

*Eccles 46: 6*

INVOCAVIT Altissimum potentem in oppugnando inimicos undique, et audivit illum magnus et sanctus Deus.

brought him the sceptre of the kingdom, and power against those that oppressed him; and showed them to be liars that had accused him: and the Lord our God gave him everlasting glory.

GRADUAL

Ye that fear the Lord, praise Him: all ye seed of Jacob, glorify Him. Let all the seed of Israel fear Him, because He hath not slighted nor despised the supplication of the poor man.

TRACT

The Lord is my strength and my praise, and He is become salvation to me: He is my God, and I will glorify Him. The Lord is as a man of war, almighty is His name. The Lord Who breaketh battles; the Lord is His name.

GOSPEL

At that time Jesus, calling together the twelve Apostles, gave them power and authority over all devils, and to cure diseases. And He sent them to preach the kingdom of God and to heal the sick. And He said to them: Take nothing for your journey, neither staff, nor scrip, nor bread, nor money; neither have two coats. And whatsoever house you shall enter into, abide there, and depart not from thence. And whosoever will not receive you, when ye go out of that city, shake off even the dust of your feet for a testimony against them. And going out they went about through the towns, preaching the gospel, and healing every where.

OFFERTORY

He called upon the most high Sovereign when the enemies assaulted him on every side, and the great and holy God heard him.

SACRIFICIUM, Domine, quod immolamus, placatus intende: ut, intercedente beato Joanne Confessore tuo, ad conterendas inimicorum insidias nos in tuæ protectionis securitate constituat. Per Dominum nostrum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutäre, nos tibi semper, et ubique grätias ägere: Dömine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largiris, et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominationés, tremunt Potestátes. Cæli, cælórúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicétes:

*Psalm 36: 17*

DECANTAVERUNT, Domine, nomen sanctum tuum, et victricem manum tuam laudaverunt.

REPLETI alimonia cœlesti et spiritali poculo recreati, quæsumus, omnipotens Deus: ut, intercedente beato Joanne Confessore tuo, nos ab hoste maligno defendas, et Ecclesiam tuam perpetua pace custodias. Per Dominum nostrum.

SECRET

O Lord, look mercifully upon the Sacrifice which we offer: that through the intercession of blessed John, Thy Confessor, it may break the snares of our enemies and establish us securely in Thy safe keeping. Through our Lord.

PREFACE FOR LENT

IT IS truly meet and just, right and availing unto salvation, that we should at all times and in all places give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty and everlasting God. Who by the fasting of the body dost curb our vices, elevate our minds and bestow virtue and reward; through Christ our Lord. Through whom the angels praise Thy majesty, the dominions worship it, and the powers stand in awe. The heavens and the heavenly hosts, with the blessed seraphim join together in celebrating their joy. With these we pray Thee join our voices also, while we say with lowly praise:

COMMUNION

They sang to Thy holy name, O Lord, and praised Thy victorious hand.

POSTCOMMUNION

We have been filled with heavenly food and refreshed with spiritual drink, and beseech Thee, almighty God, through the intercession of blessed John, Thy Confessor, to defend us from the malicious enemy and to keep Thy Church in perpetual peace. Through our Lord.